



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Sacrificio Missæ Expedite Celebrando Libri III

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1661

Secundus casus de Hostiis numeratis, quæ non omnes consecrari
intendantur, n. 6

urn:nbn:de:hbz:466:1-41878

SECUNDVS CASVS.

*De Hostiis numeratis; quæ non omnes
consecrari intendantur.*

6 **O**fferre Minister Sacerdoti decem Hostias (utiplepueat) consecrandas, quibus nec plures, nec pauciores intendit consecrare Sacerdos, sed inventæ post consecrationem fuerit undecim, vel novem, suntne consecratæ omnes, nullæ, an decem dumtaxat?

7. Dico Sacerdotem malè fecisse astringendo intentionē ad solas decem, debebat enim, juxta Ecclesie consuetudinem, velle consecrare omnes præsentis inibi consecrabiles. Sed quandoquidē in hunc errorem incidit, sciat cum communi opinione, a nullam à se fuisse consec-

a Suarez de Sacr. d. 43 sect. 6. §. 6.
Ibid. Coninch. de Euch. q. 74. ar. 2. dub.
3. à n. 31. Laym. lib. 5. tr. 4. c. 2. à n. 18.
Vasqu de Sacr. d. 171 c. 1. n. 1. aliq.

consecratam. Ratio est, quia intentio Ministri debet respondere, & quadrare verbis, quibus consecrat, & verba intentioni, secus per verba non significaretur, quod intenditur. Cum ergo verba sint demonstrativa per pronomen, *hoc*, determinata esse debet materia, & quæ signari, demonstrarique possit per dictum pronomen. At in casu, de quo loquimur falso demonstrantur à Sacerdote decem, quædoquidem tot non sunt, & sic per verba non significatur, quod intenditur, adeoque, nec consecratur.

§ Simile quid dicunt Doctores, & in eo casu, quod (licet cū sacrilegio) veller quis unam partem proportionalem Hostiæ, vel mediam non designatam consecrare, quia in nihil determinatè ferretur intentio; cum tamen, si mediam v. gr. ex parte sibi dextera veller (licet item cū sacrilegio) consecrare, validè fieret consecra-

P. 7

109

a *Idem ib.*

tio, quia jam est pars determinata.

Quid, si quis ita intendat? Volens consecrare eas particulas, ex his presentibus, seu eam partem huius Hostiæ, quam vult Antonius, vel quam vult Deus? Dico in irritum i.e. Consecrationem. Ratio est jam dicta, quia, nisi ipsi sacerdoti antea manifestata sit ea hominis, vel Dei voluntas, non posset per illud pronomen, *hoc*, significare determinatam materiam illam. An tamen possit offerri sacrificium pro eo, quem vult Deus, dicam c. 2. §. 9. n. 17.

9. Denique adverte, quod si quis cum sint Hostiæ undecim v.g. appositæ, ut consecrentur, ipse tamen, vel nesciat numerum, vel etiam existimet esse decem, vel undecim, seu plures, vel pauciores, intendat autem, (ut intendere semper debet) omnes præsentibus consecrare, omnes consecratæ remanebunt. Ratio est, quia error ille, vel ignorantia, in intellectu nihil obstat.

stat intentioni practicæ volentis
omnes præsentis & sibi in confuso
cognitas consecrare.

TERTIUS CASVS.

*De Hostiis non consecratis fortè confusis
cum consecratis.*

10 **S**I accidat per alicujus incuri-
sam misceri particulas conse-
cratas cum non consecratis, con-
secratur & totus cumulus cum in-
tentione consecrandi eas, quæ con-
secratae non fuerint: nam sit, quia
iam intentio est ad determinatam
materiam, licet soli Deo, vel Ange-
lis notam, eæ, quæ consecratione
indigent, consecrabitur. Neque
enim necesse est, ut omnes partes
materiæ consecrandæ à sacerdo-
te cognoscantur; cum ad hoc, ut
intentiõ determinatè feratur in ma-
teriam, non requiratur distincta e-
jusdem materiæ cognitio: sed satis
sit confusa; secus, quando in ma-
gna

a Ibidem cit.